



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 83. Lutheri scriptum Legato traditum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

## §. LXXXIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1518.*Lutheri scriptum Legato traditum.*

Ceterum Legatus, quæ præcedenti die de suprema Pontificis auctoritate Luthero exposuit, rursus repetiit, eumque ad palinodiam sollicitavit, ac interrupta disputandi vehementia eidem dixit, eum, nisi morem gereret, Ecclesiæ censuris esse perstringendum. Obmutuit Lutherus, ac nonnisi quoddam scriptum Cardinali obtulit, cujus hæc erat summa: Legi equidem Clementis VI. Constitutionem, & fateor, quod illa præcipiat, ut Pontificum effata perinde, ac D. Petri verba audirentur, id tamen non omni ex parte verum est, hancque propositionem duntaxat admitto, quando Pontificum verba veteri doctrinæ consona sunt; Divus enim Petrus etiam post adventum Spiritus sancti, quamvis ei tum plenior esset auctoritas, nihilominus de quorundam ciborum usu tuit correptus (\*), qui etiam

A a 4 am

*dicebat studiorum Parentem, & ab antiquo semper Christianissimam, ac in Theologia florentissimam. Quamvis paulo post longe aliter de ea & senserit, & scripserit.*

(\*) *Haud dissimulare debuisset Lutherus, S. Petrum a D. Paulo non de errore sed de factō fuisse reprehensum.*

Sæcul. XVI  
A.C. 1518. am usus primum ex Ecclesiæ consensu  
fuit approbatus. His addebat, quod non  
in eo sita sit Christianorum submissio, ut  
sine discrimine, quæcunque nova atque  
Evangelio incognita Pastores annunciant,  
ipsi credant. Laudata vero, inquebat,  
Constitutio pluribus sacri Codicis texti-  
bus adversa videtur, atque ideo illam im-  
pugnavi, nec tamen ulteriora molimina  
tentabo: demum vero pollicebatur, se  
nullos motus concitaturum, dummodo  
nec a suis impeteretur adversariis.

Acceptit Legatus hoc scriptum, decla-  
rans, quod cum eo rem contentionibus  
agitare nollet, cum colloquium eo fine,  
ut is in officium rediret, amice fuisset in-  
stitutum, & ad finiendam litem nil magis  
expediret, quam errorum revocatio: post-  
hæc rursus minis eum terruit, injunxit-  
que, haud ultra, ni revocaret, ejus con-  
spectum subiret. Demum Staupitium  
Augustinianorum Vicarium generalem  
adesse jussit, nihilque non egit, ut illum  
ad solemnem palinodiam a suo Religioso  
extorquendam induceret.

## §. LXXXIV.

*Lutherus Legati minis territus, Au-  
gusta auffugit.*

**L**utherus supplicii, quo Joannes Hussus  
& Hieronymus Pragensis Constantiæ  
sub-